



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri Theologi, Institvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1616**

3. Aliæ quæstiones de eadem re diluuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14007**

legio Perusino, testatur Angelus de malefic. in verbo: & ex interuallo, num. 17.

Altera opinio negat id filio licere facere, quoniam tamen est fuerint, publice proscripti, non sunt tamen patrie hostes, cum in eam arma non capiunt: nec sunt Reipublice proditores: nec quamvis Reipublica, vel Princeps cuiuslibet facultatem dederit eos occidendi, verisimile est, eam filio esse datam in patrem, cum id omnino pugnare videatur cum pietate & charitate, quam patri filius debet. Sic opinantur Angelus in l. veluti ff. de iustit. & iur. Fortunius in eadem lege. Decius in cap. qua in Ecclesiarum. nu. 4 de Constat. Couar. de matrim. par. 2. c. 7. §. 7. num. 5. & lul. Clarus loco citato. At primæ opinionis Auctores inquit.

Legimus statuta à quibusdam civitatibus condita, ut qui proscriptus occiderit, certa ei mercedis nomine premia reddantur: & euidem qui sui patrie proscripti caput amputavit, & Magistratibus obtulit, merces est soluta. Sed alii respondent, premia non esse impiecatu facinori redditum. Cum victis Marianis Sylla urbem esset ingressus, & ciues occidendi finis ausus foret: Q. Catulus dixisse Sylla fertur: Cum quisquis tan dem victuri sumus, si in bello armatos, in pace merces accedimus? tunc C. Sylla Furdo primipilati auctore tabulam proscriptionis prius excogitavit: ac principio octoginta tantum viros, postea quadringentos proscriptos, ut Eutroplus libro quinto scribit. Tulit autem de Proscriptione legem, ut qui proscriptum recepisset, capitale esset, nemine neque fratre, neque filio, neque parente excepto: qui autem proscriptum occidisset, siue seruus dominum, siue patrem filium intermisset, ei duo talenta mercedis nomine darentur. Plutarchus in Sylla vita. Immanis inquit alii, profecto lex à crudeli tyranno impie constituta.

Obicit, filium tunc debere patri alimenta denegare: ergo eodem iure debet illum occidere. Respondent secundæ opinionis auctores, etiam filio nefas esse patri publice proscripto alimenta denegare, nisi sit pater hostis, aut proditor Reipublice aut Principis. Mihi certe hæc opinio videtur esse probabilior, ut contra Bartolum sententiant Angelus, Decius, Couarruias, & Iulius Clarus, locis supra citatis.

Decimo sexto quaeritur, an pater, & filio Titii ad extreme inopiam redactis, ita ut finis pereant, debeat Titius patri potius, quam filio indigentibus subvenire? Fingimus eum Titium vtrique subvenire non posse. Duxerunt opinioniones, una quæ docet potius esse filii, quam patris egestatem subleuandam: sic Bartolus, quem Angelus producit in verbo filius. n. 24. immo sic videtur sentire iuris civilis interpretes. Ait enim, filium iure gentium patri alimenta debere, patrem vero filio iure naturali: at ius naturale arctius est vinculi quam ius gentium: cum ius naturale ortum habeat ex ipsa naturæ propensione, quæ est omnium animantium communis, & ius gentium à sola omnium nationum, & gentium ratione proficiatur, & maoret. Deinde belluæ etiam suis filijs naturæ instinctu alimenta præbent, non tamen parentibus: ait item Paulus: Non debent filij parentibus ius iuris dare, sed parentibus filijs. Altera opinio potius vult esse patri, quam filio succurrendum. Ita S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 9. cuius sententia videtur esse communi Theologorum consensu recepta: sic enim sentit Maior in tertio sententiarum, dist. 29. Bonaventura in 3. dist. 29. art. 1. q. 4. Rich. 3. dist. 29. art. 1. q. 7. Gab. 3. dist. 29. q. 1. art. 2. conclus. 5. Marfil. 3. quest. 13. art. 3. dub. 4. Abulen. in Mat. h. 22. q. 311. Cat. 2. 2. q. 31. art. 3. ad 2. Sic etiam Angelus in verbo filius. num. 24. Sylla. filius q. 5. Tabien. filius nu. 13. Attil. in verbo. de clem. yna. num. 14. Atq; hæc opinio est longe probabilior: nimirum plus patri filius debet, quam pater filio: habet enim filius huius vitæ & lucis usuram, educationem, institutionem, & honorem a patre, non è contrario. Deinde pater in educando, alendo, & informando filio labores, & pericula sustinet.

Decimo septimo quaeritur, an pater & creditore ad extremam inopiam, & egestatem redactis, debeat filius po-

tius patri, quam creditori subvenire? De hac questione latius dicam inferius. libr. 12. cap. 8. quest. 6. Quidam, ut Scot. Richard. Gabr. Medina, Rosella, & alii ut ostendam inferius loco citato; sensere, potius esse creditori succurrendum, quia iure naturali alienum est Domino reddendum. Deinde, quia creditor plus iuris habet in his, quæ tunc temporis filius habet, cum bona quæ penes filium sunt, creditori debeantur. Sed probabilior est eorum opinio, quam videtur habere Sorus, Cai. Tabien. ut dicam inferius loco citato, qui docent patrem esse creditori præferendum, quia cum pari alioqui creditor & pater egestate, & inopia premantur, arctiori vinculo patri obligamur, quam creditori. Et ad argumenta contrariæ opinionis. Respondeo: Cum pater & creditor simul in extremam egestatem devenierint, & bona quæ creditori debentur, sint penes filium, eo ipso facta sunt communia patri, & creditori. Et quia vinculum, quo filius debet patri subvenire, arctius est: ideo cessat tunc obligatio, quæ creditor debitorem filium sibi obstrinxit. Deinde si creditor, & debitor simul in extremam egestatem redigerentur, & penes debitorem panis esset, quem alioqui creditori deberet, iure posset debitor sibi panem retinere, quo suæ vitæ prospiceret: nam tunc factus est panis utriusque communis, & in pari necessitate melior est conditio possidentis: ergo eadem ratione quæ debitor tunc tam graviter indigens potest sibi ex pane succurrere, sic etiam si non indigeret ipse, sed pater, posset patri subvenire creditore posthabito.

Decimo octavo quaeritur, an si pater simul, & mater in extremam egestatem deciderint, & filius non utriusque, sed alterutri duntaxat subvenire queat, patri potius debeat, quam matri subvenire? Respondeo; ut colligitur ex S. Thoma 2. 2. quest. 26. artic. 50 patrem esse matri anteponeendum, quia in familia pater est caput, & in generatione prolis pater est potior ratio & causa. Nec refert, si mater plus laborum, & oneris sustinet in pariendo, & educando filio parvulo: nam potior, ut dixi, est ratio, & auctoritas patris, qui est præcipua filii causa. Ex quo fit, ut dubitandum non sit, quod aliquis potius debeat patri subvenire, quam uxori ad extremam paupertatem delapsis, hoc quoque videtur esse ex S. Thoma sententia 2. 2. q. 26. artic. 11. Nam etsi ratione, & iure communi vir, & vxor sint una caro; strictius tamen est vinculum, quo quisque parentibus alimenta debet, à quibus originem, & vitam suam hausit, & traxit.

### C A P. III.

#### Alia questiones de eodem re delinuntur.

PRIMO quaeritur, Quo iure filius alimenta parentibus debeat? Iuris civilis interpretes passim docent, filium parentibus alimenta debere iure gentium, non naturali: contra vero parentes filijs alimenta naturali iure debere. Bart. in l. si quis à liberis ff. de liberis agnoscan. Id colligunt primum, quia natura descendit, non autem ascendit. Deinde, quia belluæ, in quibus iuris naturalis vestigium, non gentium, cernitur; filios alunt & educant, non autem parentes; Postremo, ipso naturæ instinctu, & impulsu mouentur parentes ad alendos filios, non è conuerso.

Quidam vero Theologi, ut videtur dicere Syluest. in verbo filii q. 22 ad finem. Angel. filius. nu. 24. totum hoc Iuriconsultorum placitum rejiciunt, quia iure naturali filius parentibus alimenta debet, cum ius gentium sit idem, quod ius naturale, ut colligitur ex Instit. di. iura nat. gent. & civil. §. ius autem, & §. Sed naturalia, & ex S. Thoma 2. 2. q. 57. art. 3. Item, quia arctiori vinculo natura filium patri obligavit, quam patrem filio, eo quod quidquid filius habet, accepit a patre, non è contrario.

Sed certe nihil est, quod in hac parte Iuriconsulti reprehendantur: nam quamvis ius gentium sit idem, quod naturale: nihilominus tamen ratione distinguitur. Nam ius naturale dicitur, cuius vestigiū aliquod in ipsis etiam animantibus apparet; ius gentium vero, quod natura quidem præferibit, sed in solis hominibus existit. Hinc est,

ut Iurisconsulti iuris naturalis esse dicant, vim vi repellere, seipsum vnumquemque defendere: sibi victum quaerere, contraria & nocitura fugere: salutaria parare, & retinere: Iuris gentium esse, Deum reueteri, reddere cuique quod suum est: Parentes honorare: hæc enim propria sunt hominis: illa veto communia sunt hominum, & belluarum; & nihilominus arctius est vinculum, quo nos Deo, & parentibus naturalis ratio obligauit, quam quo parentes filius natura deuinxit: hoc Iurisconsulti non negant.

Secundo quaeritur, An filius in vniuersum debeat parentibus egenis alimenta præstare? Respondeo, debere etiam si pater sit Paganus; à Fide, & Religione Christi alienus, hæreticus, vel Iudæus; Item tamen si pater sit anathemati subiectus.

Quæres, An similiter debeat id patri filius præstare auctoritate Iudicis damnato ad pereundum fame? Respondeo, vi huiusmodi sententiæ nequaquam filio detrahi ius, & potestatem, quam habet alendi patrem: sed ad extraneos tantummodo id præceptum pertinere, ne ei alimenta subministrant. Laudatur femina, quæ patrem suum inedia in carcere damnatum sui lactis subsidio sustentauit. Plinius lib. 7. capit. 36. *Pietatis, ait, exemplum insita quidem toto orbe terrarum existeret: sed Roma unum, cui comparari cuncta non possint. Humilis in plebe, ex illo ignobilis propera, supplicii causa inclusam ad matrem, cum impetrasset aditum, à tantore semper excussa, ne quid inferret cibi, deprehensa est uberribus suis alens eam. Quo miraculo, matri salus donata filie pietate est: ambaque perpetuis alimentis donata, & locus ille eisdem consecratus est Deo, nimirum Pietati. Sic Plin.*

Deinde Valerius Maximus lib. 5. cap. 4. de pietate rem totam fusus narravit in hunc modum: *Sanguinis ingenui mulierem Prætor apud tribunum suum capitali crimine damnatam, Triumviro in carcere necandam tradidit. Quam receptam is qui custodia præerat, misericordiam motus, non protinus strangulauit: aditum quoque ad eam filia, sed diligenter excussa, ne quid cibi inferret, dedit: existimans futurum, ut inedia consumeretur. Cum autem iam dies plures intercederent, secum ipse quaerens quidnam esset, quod tam diu sustentaretur, curiosus obseruata filia, animaduertit illam exerto ubere famem matri lactis sui subsidio lenientem, qua tam admirabilis spectaculi novitas ab ipso ad Triumvrum, à Triumvris ad Prætores, à Prætores ad Consulum iudicium perlata, remissionem poenæ mulieri impetravit. Idem tradit Solinus capit. 7. iuxta historiam. Valerius item Maximus aliud subiungit exemplum: idem, inquit, prædicatum de pietate eius existimetur, qua patrem suum Cimona consensu fortuna afflictum, patrique custodia traditum, iam vltima senectutis velut infantem pectori suo adnotum aluit. Hæc ille.*

Ac multo magis debet filius, si commode potest, matrem in exilium missam alere. Item filius, etiam si sit spurcius, & ex complexu legibus damnato procreatus, debet alimenta parentibus. Nec viris doctis probantur quorundam Gentilium leges, parentibus alimenta denegantes, qui alios contra leges, & iura genuerunt. Solon legem tulit, sefse Plutarcho in vita eius; qui statuit genitos è meretricibus filios suis parentibus alimenta non debere: quam Legem Romani in duodecim tabularum legibus ad miserunt. Lex hæc parentum pietati derogat, nisi in iis parentibus intelligitur, quibus bona suppetant, ex quibus ali commode possunt. Præterea quamuis filius sit emancipatus, vel matrimonii vinculo adstrictus, debet nihilominus parentes alere: & eodem iure debet alimenta auo, vel auiæ egestate laboranti.

Tertio quaeritur, An cum Princeps, vel Respublica præcipit, poenæ etiam grauisissima constituta, ne quis alimentum, aut subsidium aliquod vitæ necessarium præbeat Titio publice proscripto: hoc præceptum filium etiam Titii teneat ac liget? Hanc quaestionem tractat Nellus de bannitis part. 1. quaest. 49. Dux sunt opiniones: Prima negat eam ob causam, quod cum pietate patri debita pugnat. Secunda vero affirmat, quia Respublica vel Princeps potest iustus de causis aliquem condemnare, ut inedia contu-

matur. Item ob flagitium merito damnari quis potest, ut omittat iuris naturalis privilegia: siquidem liberate, membro corporis & vita ipsa sepe priuatur. Non est dubitandum, mitiorem, & benigniorem esse primam sententiam: quia nisi pater sit Respublicæ hostis, aut proditor, alimentis sibi pietatis, & charitatis lege à filio debitis priuari non debet.

Quarto quaeritur, An parentibus in egestatem redactis, fas sit filio in Religiosorum Ordinum domicilium ingredi religiose vitæ suscipiendæ, & agendæ causâ? Respondeo, si egestas sit extrema, vel quasi extrema, qualis est cum vita parentum periclitatur; vel certe grauis, ut cum probabiliter timeatur, ne de vitæ statu, honore, & dignitate decidat: vel cum verisimiliter creditur mendacato cibo, vel abiectione, & contemptu victurus; non licet filio se Religiosorum vitæ mancipare desinitis parentibus: Nec item longam peregrinationem suscipere: quæ quidem conuersus est omnium fere Theologorum doctrina; in primis Sancti Thomæ 2. 2. quaest. 101. art. 4. ad 4. & 3. Astensis in sum. par. 1. lib. 1. tit. 24. art. 3. q. 4. Angel. religiosus num. 11. Sy uelut religio. 6. q. 9. Roset. religio. 2. nn. 2. & Nauar. in Man. cap. 14. nu. 14. Tabien. pietas nu. 1. Et quæuis Alexander in 3. par. q. 33. in 4. q. 1. oppositum docere videatur, nihilominus, filio licere Religionem amplecti parentum à se relictorum: cura tota diuinæ commissæ prouidentia, eorum est cura de omnibus; tamen ut ait S. Thomas loco citato. qui id faceret, Deum tentaret, eum parentum, quæ ipsi sunt iure naturali demandata, in Deum coniciens, ab eoque petens ut mirabiliter parentes aleret, quos ipse alioqui sustentaret; & posset & deberet.

Quinto quaeritur, An filius Religiosam vitam professus egredi à Monasterio debeat, ut parentibus egestatis pressis subuenire queat? Consilium omnium sententia est, quando parentum egestas non est extrema, nec quasi extrema, nec grauis non esse Religiosum de Monasterio exiendum, ut illis subueniat. Verum id præcipue in quæstionem vocatur, quando necessitas parentum est extrema, vel quasi extrema, necessario digna subsidio? Quæ de re sunt duæ opiniones. Prima docet Religiosum professum nulla lege compelli ad eundem à Monasterio, superiorum præcepto neglecto, & posthabito, ut parentum egestati subueniat. Ita S. Thomas 2. 2. q. 101. art. 4. ad 4. Alexan. 3. par. q. 33. num. 4. q. 2. Astensis, in sum. par. 1. lib. 1. tit. 24. art. 3. q. 4. Lyraus in Matt. c. 15. Angel. religiosus num. 31. Roset. religio. 2. nu. 7. Sy uelut religio. 6. q. 9. & religio. 2. q. Tabien. pietas num. 3. Amil. pietas num. 1. quorum ratio concluditur, quia Religiosus est veluti mundo mortuus, nec sui amplius iuris & otelatis. Deinde, quia arctioris est iuramentum Religionis Deo factum, quam ius naturale alendi parentes: nam votum pertinet ad præcepta primæ tabulæ, at ius succurrendi parentibus, ad secundæ tabulæ præcepta. Accedit, quod filius si clericus crearetur, nullo iure cogere parentem alere contra ius, & legem Clericorum. Idem etiam, si esset matrimonii vinculo adstrictus, parentibus alimenta quaerere ei nequaquam liceret contra matrimonii leges, & iura: ergo Religiosus non licet Religionis leges, & iura perfringere, ut parentum suorum egestati prospiciat. Postremo, tes Deo dicatæ, & consecratæ in vius profanos conuerti nequeunt, cuiusmodi sunt vasa, vestes, tēpla, altaria, ergo homines Religioni dicati, & Deo addicti, amplius ad sæculum redire non possunt.

Secunda opinio etiam, Religiosum professum naturali iure compelli ad subueniendum parentibus: & si id quidem præstare commode queat, nec Monasterio relicto, nec sui superioris præcepto posthabito, nequit à Monasterio exire, aut præceptum superioris negligere: si tamen aliter nequit parentibus succurrere, nisi relicto ad tempus Monasterio, & Superioris etiam præcepto neglecto, & potest, & debet exire, & parentum inopia superiorum præcepto antepone, sic Maior in 4. dist. 38. quaest. 16. Henri. quod. 6. q. 19. Profecto hæc duæ sententiæ, quamuis verbis, et tamen non discrepant. Nam Cai. 2. 2. q. 101. art. 4.

Tabienſis, & Armilla aperte docent, id Religioſo licere facere, quando parens extrema neceſſitate, non tamen quando citra extremam tantummodo neceſſitatem laborat, vnde putat Caietanus, ſanctum Thomam, non loqui de extrema parentum neceſſitate, ſed de ea, qua citra extremam premuntur. Quibuſdam aliis, S. Thomas Alexander, Aſtenſis, Angelus, & Sylueſter, in vniuerſum locuti videntur, etiam de extrema parentum egeſtate: nam aliter aiunt dicendum eſſe de eo, qui nondum eſt Religioſum profeſſus, atque de eo, qui eſt ante profeſſum. Is qui nondum eſt profeſſus, inquit, non poteſt rata conſcientia relictis parentibus neceſſitate laborantibus, ſeſe Religioſæ vitæ profeſſione, & vinculo obligare: quod ſane locum habet in omni parentum neceſſitate extrema, & qualibet alia graui. At is, qui eſt profeſſus, quippe qui eſt mundo mortuus, nullo iure cogitur parentibus ſubuenire: quæ verba, vt præcedentibus coherent, videntur accipienda in eum ſenſum, nempe etiam ſi aliqua neceſſitate graui, vel extrema premantur. Nauarrus, Angelus, Sylueſtrum ſecutus, has duas opinionē hunc in modum conciliat: Aut neceſſitas parentum, Religioſi profeſſionem præceſſit, aut ſubſequuta eſt. Si primum, tunc Religioſo licet eſt Monafterio exire, & Superioris præceptum poſtponere, vt parentum egeſtatem ſubleuet; quoniam obligatio alimentorum, profeſſionem præceſſit, nec eſt vi profeſſionis extincta: nam obligatio ex contractu, vel quaſi contractu nata, non tollitur profeſſionis acceſſu. Si vero ſecundum: tunc Religioſo non licet eſt Monafterio exire, & hoc modo, inquit Nauarrus, intelligitur prima S. Thomæ & Alexandri ſententia, Quæ mihi ſolutio non placet: quia ſiue neceſſitas parentum extrema, vel grauis profeſſionem præcedat, ſiue ſequatur obligatio, qua filius tenetur, parentum alendorum, eum ſi iuris naturalis, arctius & ſtrictius eum ligat, quam voti aut iurifurandi religio, aut ſuperioris præceptum.

Quare in hac controverſia, primum mihi videtur ſiue neceſſitas parentum, dummodo ſit extrema, vel quaſi extrema præcedat profeſſionem, ſiue ſequatur, ſi aliter commodè ſubleuari non poteſt, niſi filius Religioſus exeat ad tempus, aut ſuperioris præceptum poſtponat, perita facultate, quamuis non obſtante, ſas eſt ei egredi: & iure naturali cogitur parentibus ſubuenire. Et hoc eſt, quod ſecunda opinio docet, nec certe id prima ſententia diſtinetur: nam votum, & iurandum, quibus nos Deo, vel homini obligamus, continent ſemper tacitam conditionem, ſaluo Dei præcepto, iuris, naturalis, vel diuini vinculo: alioqui enim non recte vouemus, vel iuramus. Id patet exemplis. Nam ſi domus alicuius vicini arderet incendio, vel quis in mortis diſcrimen incurreret, Religioſo liceret à Monafterio exire, etiam neglecto ſuperioris præcepto, vt domum ab incendio, vel hominem à mortis periculo liberaret. Deinde, niſi aliud remedium ſuppeteret, licet Religioſus quiſpiam Monafterium egrederetur, vt Principem à morte ſibi aliunde impendente, vel à prodicione patriam, vel parentem ſuum ab hoſtium impetu, vel ſtatem ab imminenti necis periculo ſeruaret incolumem.

Ceterum ſubleuata ſemel parentum neceſſitate, profeſſus Religioſus ratione voti, Deo facti debet ad Monafterium redire, quia ſolum habet ius exeundi ad tempus, vt parentibus indigentibus ſubueniat, eo quod votum profeſſionis non tollitur, ſed ad tempus prorogatur atque differtur. Si parentes egeant neceſſitate, ſed quæ citra extremam ſit, tunc vera eſt prima ſententia, hoc enim eſt, quod docere contendit, nec id iure poteſt ſecunda opinio negare.

Sexto quaeritur, An aliquando filius iure poſſit parentibus alimenta denegare? Reſpondeo: ex eiſdem cauſis, ex quibus parentes iure poſſunt debitis alioqui alimentis filios priuare, poſſunt, & filii ſuos itidem parentes, *ſ. vlt. C. de alien. lib. l. ſi quis à liberis, §. idem iudex. ff. de liber. agnoſcen. C. Gloſſa ibidem.* Secus vero nunquam filius licet parentibus alimenta ſubtrahere.

Iure autem ciuili quædam cauſe conſtituuntur, ob quas liceat parentibus filios ab hæreditate, & ab alimentis repellere. In Authent. *vt cum de appellat. cognofc. paragra. 10.* Cauſas autem quatuordecim cauſe legitime recenſentur. Prima cauſa eſt: ſi filius in parentes manus iniiecerit: quod intelligendum eſt, cum filius in eo lethaliſter peccat, quoniam vt ſeipſum defendat à patre, vi, aut iniuria necem ipſi moliente, cauſa Principis, vel Patriæ defendenda à patre tanquam hoſte; & proditor, licet filio patri manus violentas afferat. Secunda: cum filius graui, & turpi, ac ſæda contumelia parentes afficit ſuos, iure poteſt ab eis hæreditate, & alimentis priuari. Tertia, ſi filius itidem parentes grauioris alicuius criminis accuſauerit, niſi patris flagitium eſſet contra communem patriam, vel Principis ſalutem: tunc enim filius bona patris nequaquam amitteret. Quarta cauſa: Quando filius ſe maleficiis hominibus adiungit, & vna cum eis, maleficiis ſtudet. Quinta: quando vitæ parentum veneno, aut alia quauis arte, & modo inſidiari conatur. Sexta: ſi patris concubinæ, aut uxori, hoc eſt, noueræ ſua filius ſeſe immiſcuerit. Septima: ſi à ſilio parentes in iudicium delat; in aliquid, quod ſit alicuius ponderis, & momenti ſuſi uerint. Octaua: ſi alterutrum, de parentibus inſoluit eſſe contigerit, & liberi reſquiſiti ab eo, vel vnus ex eis, in ſua eum noluerit fideiſſione ſuſcipere, vel pro perſona, vel pro debito, in quantum qui petitur; probatur eſſe idoneus. Hoc tamen ad maſculos tantummodo liberos volumus pertinere. Nonna. Si liberorum aliquis prohiberet alicuius ſuorum parentum condere teſtamentum, & poſtea parens fecerit teſtamentum, iure poteſt filium illum ex hæredate. Decima: ſi contra voluntatem parentum inter arenas, vel mimos, ſeſe filius allocuerit, & in hac profeſſione permanſerit: niſi quando parentes eiſdem profeſſionis eſſent. Vndecima: ſi alicui ex parentibus volenti ſua filiz, vel nepoti maritum dare, & dotem ſecundum facultates ſuas præſtare, illa non conſentit, ſed luxuriſam vitam elegerit. Duodecima: ſi alteruter parens furioſus fuerit & filius eius eum neglexerit. Decimatercia: ſi filius patrem, aut matrem captiuam non redemerit. Decimaquarta: ſi, cum Catholici ſint parentes, filii à fide & religione Chriſtiana deſecerint. His etiam de cauſis iure filius alimentis poteſt ſuos parentes ſpoliare.

Eſt tamen animaduertendum, hoc locum habere, quando filius aliunde habet bona, ex quibus ali, & ſuſtentari queat, aut quando arte, ingenio, induſtria, virtutibus, aut alio modo ſuſtentare ſe poteſt: ſi alioqui enim patri neceſſas eſt præſtatas ob cauſas, quamuis iure ciuili approbatas, filio debita alimenta detrahere, id enim perinde eſſet, ac ſi extrema neceſſitate laboranti alimenta vitæ neceſſaria denegaret.

Septimo quaeritur, An obligatio alendi parentes, tranſeat ad hæredes filii, hoc eſt, ad eos, ad quos filii bona teſtamento, vel donatione peruenerint? Reſpondeo, tranſire, quia tale onus, eſt cum filii bonis coniunctum, & onus Dei impoſitum, vna cum reiſta tranſfertur. Ex quo ſit, vt ſi filius (ſe in Religioſorum monafterium conſulerit, vna cum ſuis bonis debeat monafterium parentibus, cum egeant, alimenta ſubminiſtrare. An vero ſi ob crimen filii bona eius publicentur, & in fiſcum tranſeant, liber ſit ſi ſcus à iure alendi parentes, quos filius ſuſtentare debebat: An item, ſi bona filii emptione, donatione, vel permutatione ad alium deuenierint, ſi parentibus ipſius filii alimenta debeat: inferius oſtendam in aliis ſimilibus quaſtionibus, *nimirum. cap. 5. q. 5. C. 6.*

Octauo quaeritur, Quidnam debeat filius parentibus præſenti vitæ ſuſtatis præſtare? Reſpondeo, quadruplex pietatis officium à filio eis eſſe impartiendum. Primum filius debet parentum ſunus cohoneſcere, & eorum corpora iuſtæ, ac debite ſepulturæ mandare. Deinde, pro more Chriſtiano debet preces ſacrificia pro illis offerenda curare. Præterea æs alienum, quod parentes contraxerunt, ſoluere. Poſtremo, legata parentum teſtamento relicta

imple-

implere. Hæc Antoninus *part. 2. tit. 2. cap. 7. §. 3. & cap. 8. Navar. in Man. cap. 14. nu. 16.*

Nono quaeritur, an filius iure pietatis cogatur bonorum suorum iacturam pati, ut parentes liberet à pœnis Purgatorii, quas sustinent? Respondeo: aut magnum & notabile est detrimentum, aut paruum & leue. Si primum, iure non cogitur tantum bonorum detrimentum pati: nam consilio Confessarii, vel pii alterius viri tuta conscientia potest subsidium parentibus debitum differre: tamen si enim ignis Purgatorii pœna sit gravis, filius tamen non debet tam grauem bonorum iacturam facere: Si secundum, iure pietatis debet, cum primum commode potest, parentibus operam & subsidium ferre.

Decimo quaeritur, an filius debeat vota, quæ pater fecerat, exsoluere? Hanc quaestionem supra diluimus, cum de voto ageremus *p. 1. c. 15. q. 5.* Illud in præfenti dixisse sufficiat, vota quæ realia vocantur, à filio esse persoluenda, quoniam cum hæreditate ipsa ad filium deueniunt. Vota vero quæ personalia dicuntur, nullo iure cogitur filius exsoluere, quia vna cū persona patris finiuntur, ac cessant. Quo fit, ut vota patris si mixta fuerint, parum exsoluere, partim relinquere filius debeat, aut possit: nam ex ea parte qua sunt realia, eatenus persoluenda à filio sunt: qua vero personalia, obitu patris iam extincta cessarunt. Syluest. *verbo hæreditas. 3. q. 10. ex communi aliorum sententia.*

Vndecimo quaeritur, an filius cogendus sit ad debita patris quæ contraxerat, soluenda, quando hæreditatis facultates excedunt? Respondeo: in foro conscientie filium ad id nullo iure compelli: nam hæreditas est deductio ære alieno: Si igitur æs alienum quod pater contraxit, hæreditatem exsuperat, cum nulla hæreditas ex patre ad filium perueniat, liber est filius ab ære alieno soluendo, quia nihil habet ex bonis paternis vnde soluat. Si autem maior est hæreditas, quam æs alienum, tunc à filio debet solui æs alienum, quod pater contraxit, quia hæreditas, ut ante iam dixi, non est, nisi deductio ære alieno.

Duodecimo quaeritur, an filius iure cogatur soluere debita, quæ pater contraxerat, cum ad filium non deuenierint nisi bona primogenitorum vinculo adstricta? Notandum est, dictum hæredem non plenum dominium habere, eo quod ea bona sint certo quodam vinculo colligata, & ad primogenitum filium iure hæditario in perpetuum transfusa. Nam primigenia sunt iure debita filio natu primo & maximo: ac proinde primogenitus eorum bonorum, dum viuit, plenam administrationem, & vsum fructum habet.

Hoc posito, respondeo: Aut pater æs alienum contraxit post primogenitorum ius institutum, aut ante. Si primum, tunc filius non cogitur æs alienum soluere, nisi ex fructibus, aut redditibus annuis bonorum immobilium: neque enim pater quamuis primogenitorum institutor, potuit iure bona immobilia creditori obligare: cum illa primogenito essent filio debita. Si vero secundum, tunc filius debet æs alienum soluere, tamen si oporteat eum vendere aliqua bona immobilia, eo quod æs alienum contractum est ante ius primogenitorum institutum, ac proinde non potuit pater cum damno, & detrimento creditoris bona primogenito filio obligare.

#### CAP. IV.

##### De iis, quæ parentes filius debent.

**A** Nimaduertendum est, tria potissimum filio patrem debere: primum quidem alimenta: deinde institutionem in Fide, religione & bonis moribus, tertio curam, studium & diligentiam, ut in certo vitæ statu, pro conditione personæ filius colloceatur.

Primo quaeritur, Quo iure pater filio alimenta debeat? Respondeo ex communi omnium sententia, quam habet Couarru. *in epitom. p. 3. cap. 3. §. 6. num. 1.* iure naturali, quod ex ipsa naturæ propensione, quæ est homini cum belluis communis ortum habet: nam feræ etiam, alioqui sæuæ

& immanes, filios nutriunt. Quare quamdiu filii infantes, ac teneri sunt, aut pueri, omnino ali debent à parentibus, donec adoleuerint. Præterea etiam postquam fuerint adulti, si inepti sint prorsus & inhabiles ad sustentandum, nimirum, quia sunt, vel mente, vel membris capri, vel aliqua alia in commoda corporis valetudine impleti, parentes omnino eos alere debent: nam penitende se habent, ac si adhuc essent infantes: nec huic iuri vlla lex humana derogare potest. Si tamé filii adulti sint, & vel per se sustentare se ipsos possint, vel aliunde per alios quoslibet, tunc parentes non tam arcto & stricto naturæ iure eis alimenta debent, sed ex æquitate naturali, & iure communi scripto, tum civili, tum Canonico, ut statim probabo.

Secundo quaeritur, Quidnam alimentorum nomine Canones, Leges, & Iura intelligantur? In primis, omnia quæ pertinent ad cibum & potum: deinde quæ ad vestitum & lectum: tertio, quæ ad habitationem *ff. de aliment. & cib. legat. & l. verbo victus. ff. de verb. signif. postremo quæ ad medicinas, ut est communis opinio Doctorum, & habet Dynus, Cynus, Bald. Imola, teste Pontano *tract. de aliment. cap. 1.* Nimirum, sine victu, vel litu, & habitatione non viuimus. Tamen etiam cum recte valeamus, medicinis minime indigemus, nihilominus quando aduersa sumus valetudine, necessariae sunt nobis medicinæ: nam quia vita hominum est morbis obnoxia, ideo appellatione alimentorum intelliguntur etiam medicinæ, quibus incommodæ corporis valetudini succurritur. Ang. Rosel. Syluest. Tabien. *Amil. in verb. alimenta. ex l. verbo victus. ff. de verb. signif. item, quæ ad disciplinam, & artes honestas addiscendas spectant. l. qui filium. ff. ubi pupill. educari & mora. debeat.**

Tertio quaeritur, an matres quæ proprio lacte filios non alunt, lethaliter peccent? Ratio dubitandi est, quod Gregorius, teste Gratiano *distin. 5. cap. ad eius*, manifeste ait prauam irrepressibilem consuetudinem, ut filios suos, quos gignunt matres, nutrire negligant: eosque ad nutriendum aliis mulieribus tradant. Respondeo, id si iusta ex causa faciant matres, nullum ea re peccatum contrahere. Iusta autem causa censetur hæc omnes, quæ sequuntur: cum mater admodum est natura imbecillis, ita ut vix sine vitæ dispendio, ac periculo lac filio præbere queat. Nauar. *in Man. c. 14. nu. 17.* Couarr. *in epitom. par. 2. c. 8. §. 6. num. 13.* ex Azone, Baldo, Paulo, Barto. Abbate & Præposito, quos refert Couarruias. Deinde, cum mater adeo est inops, ut aliunde sibi victum quaerere & parare debeat. Nauar. *ibidem.* Cum item mater adeo est nobilis atque illustis, ut eam non deceat proprio lacte filium nutrire, hoc locum habet iis in locis, in quibus est more & vsu receptum, ut feminae illustri generæ natae, filios proprio lacte non nutrant. Azo, Baldus, Bartolus, Abbas, Præpositus, quos citat Couarru. *loco citato.* Demum teste Abbate *in c. cum habere*, quando mortuo viro, vel diuortio facto, mulier est in monasterium ingressa ut vitæ studeat religiose. Item, quando mater sine dedecore & infamia filium lactare non potest. Alioqui vero mater peccat, filium vberes suo & lacte non alens: siquidem id Gregorius, alique scriptores Ethnici, & à Christi fide alieni reprehendunt, tanquam praua consuetudine introductum.

Si tamen querias, an matres familias, quæ sine iusta causa atque legitima filios suos alieno, non proprio lacte nutriunt, lethaliter delinquant? Respondeo non esse hoc facile ac temere, ut lethale peccatum, damnandum; præsertim si mulieribus bonæ vitæ, ac morum tradantur, à quibus diligenter ali solent. Nauar. *ut lethale non improbat.* Nam etsi Gregorius loco prædicto prauam eam esse dicat consuetudinem, & Gellius, Macrobius, & Plutarchus, ut statim ostendam, scribant esse contra naturam, non tamen lethalis culpa videtur, sed venialis duntaxat, quamuis non leuis & parua: neque enim pietas, vel charitas debita filio grauius violatur, cum is graui damno non afficiatur.

Quarto quaeritur, An mater familias iustam habeat excusationem, quæ filium alieno lacte nutriendum curat,